

culo secundum totam facultatem suam remanet  
 in illis diuisio: et sic anima est diuisibilis per  
 accidens. et simile est: sicut si signaueris punc-  
 tum in linea media. Non enim diuisibile est  
 et tamen si diuiseris lineam in puncto illo re-  
 manet punctum inextinguibile in vnaq; linea: et  
 erunt duo puncta. hoc autem placet ignoran-  
 tibus. Quidam autem etiam hoc ignorantes  
 conuertunt se ad magis impossibile dicentes quod  
 in vtraq; parte diuisa remanet vna anima  
 numerus: sed illi nesciunt quod idem numerus est  
 in quo non inuenitur in numerando diuer-  
 sitas. In partibus autem diuisis diuersitas  
 in numerando inuenitur. Adhuc autem quod  
 diuiditur ab aliquo loco et subiecto: necesse est  
 numerum differre ab ipso: partes autem diui-  
 se et loco et subiecto sunt diuersae. non igitur  
 est in eis vna anima numerus.

*Explicit liber de anima primus. Incipit secundus qui  
 est de anima secundum substantiam et partes eius  
 que sunt vegetabilis sensibiles et rationalis. Incipit  
 secundus de anima secundum se. Capitulum primum  
 si sit vbi ita et si sit diuisio eius vbi remanet.*

**H**ic igitur que dicta sunt tra-  
 dita sunt a prioribus partibus de  
 anima in quibus quia nichil  
 est conueniens substantie  
 anime vel eius partibus o-  
 portet nos omnia ea ut ostendimus  
 abicere. Addeamus autem iterum  
 tanquam ex principio quod supra nobis presu-  
 mus ad inquirendum primo de substantia:  
 et postea de partibus et operibus et accidenti-  
 bus eius. et quoniam determinare quid  
 est anima intentione communi et figuram sine  
 supposita. et etiam que vbi sit ipsius essen-  
 tialis et propria diuisio: que non dicit tan-  
 tum quid est anima sed etiam dicit causa  
 propter quod vniuersum operum et accidentium  
 inest: quia sicut diximus superius in probe-  
 mus si per diuisionem non conueniatur  
 facile de accidentibus. dialectica erit et vna.  
 venientes autem diuisionem primo que  
 tantum quid est anima dicit: dicimus quod  
 nos non disputamus vtrum anima sit in gene-  
 ribus accidentium: quoniam scitum est ab omni-  
 bus accidens partem substantie non esse ne-  
 que participare substantiam. Anima autem cum  
 vbi sit ex anima et corpore pars essentialis et  
 dignior est: et participat animata corpora. et  
 ideo supponimus animam in generalitate sub-  
 stantie continere. Dicimus igitur vnum esse  
 genus entis quod est substantia: huius au-  
 tem generis aliud quidem est sicut mate-  
 ria que secundum se accepta non est hoc aliquid  
 quod est compositum indiuiduum substantie  
 eo quod non dat ei nomen neque esse: sed sub-  
 stat ab ipso primo est. Alterum autem

si diuisio  
 linea i puncto  
 illo remanet  
 punctum in  
 vnaq; lineam  
 inextinguibile

quoniam de  
 emare quod  
 est anima  
 ratione tota

anima compo-  
 sita ex anima  
 et corpore  
 dignior est

in eodem genere substantie acceptum est forma  
 et species secundum quam dicitur iam formata  
 res nature hoc aliquid eo quod formata ipse  
 et significando. dicit ei esse et intentione diffinitum  
 et tertium in genere eodem est quod est ex istis co-  
 positum duobus. quod est res in natura pro-  
 ducta: quam ipsa natura intendit. Inter hec  
 autem materia quidem est potentia que  
 subicitur generationi et forme. Operatio au-  
 tem est entelichia: hoc autem latine dicitur ali-  
 actus vel effectus: que dat esse specificum substa-  
 ntiale secundum quod homo vel animus dicitur ali-  
 quid: et hoc est duplex quorum vnum sequitur  
 alterum: vnum est enim actus primus qui  
 est esse: et aliud est actus secundus qui est  
 actio essentialis secundum illud esse: sicut si dice-  
 rem quod lux lucens est esse et actus primus:  
 et lucere est actus essentialis eius secundus:  
 eo quod hec est actio eius que sue forme diffi-  
 nitio quedam est essentialis: omnis enim essen-  
 tia propriam et essentialem habet operationem  
 non quia nisi deficiatur quando est essen-  
 tialis: sicut lux non deficiatur a lucere quod  
 est eius actio. huius autem exemplum in ac-  
 cidentalibus est scientia in sciente. que dat  
 ei esse scientis secundum quod sciens est: et huius  
 actio essentialis secundum scientiam est consi-  
 derare facta que sunt per scientiam. Ita enim  
 est in omni forma naturali quod ipsa in habi-  
 ta habita est actus primus datus esse ma-  
 tere in qua est et compositio: quia autem ipse  
 est principium essentialium et naturalium sibi  
 actionum: ideo etiam non per aliquid aliud  
 sibi acquisita est actus secundus. sicut enim  
 sciens nichil vltimus acquirit quo considerat  
 sed ipsa forma que est scientia in eo est prin-  
 cipium considerationis per seipsam: ita et etiam  
 de omni forma naturali et substantiali quod est  
 principium ipsa suam operationum essentialium  
 per seipsam: et non per aliud sibi additum.

**M**ouet autem fortassis aliquem quod dicitur  
 substantiam esse genus continens ma-  
 teriam et formam: cum sint principia substa-  
 ntie: et principia generis non sint in genere  
 sed ante ipsum. Adhuc autem forte numbi-  
 tur aliquis quomodo diuidimus substantiam  
 per tria que non equaliter respiciunt intentionem  
 et nomen substantie: et inter que non est  
 oppositio: cum duo prima sint antea tertio quod  
 dicitur substantia composita. Sed de his deter-  
 minari habet in prima parte. sed quantum ad  
 hoc negotium attinet sciendum est quod commune  
 quod dicimus substantiam hoc tria continere  
 est commune secundum analogiam probe distingui-  
 tur in actus parte prime. et ideo primo con-  
 uenit vni: et alio conuenit per illud. Adhuc  
 autem sibi dupliciter accipitur vno enim  
 modo accipitur secundum quod substat accidentalibus

formando et specificando ipse  
 dat ei esse et tunc diffinitum

Omne essentia ipse et eodem  
 habet operationem

Dicitur substantia esse genus  
 continens materiam et formam